DECVRIA LOcorum quorundam memorabilium, ex optimis quibusque authoribus cùm Græcis tum Latinis excerptorum:

Per IOANNEM HARTVNGVM, Græcæ linguæ in academia Friburgenſi profeſſorem publicum.

Acceßit locuples rerum & uerborum memorabilium INDEX.

Cum Cæſ. Maieſt. gratia & priuilegio ad decennium.

BASILEAE, EX OFFICINA
Ioannis Oporini.

1559.

IN IOANNIS HARTVNGI DOctiſsimas uigilias, D. HENRICHI GLAREANI, &c. δεκάστιχον.

Βάλλ᾽ οὕτως Hartunge, ſalubri multus adeſto
Bonis medela authoribus malè laceris.
Vulnera tot ſanas, tot adimples rore lacunas
Caſtalio, ut illis redeat & cor & anima.
Quod ſuperat, reſecas: quod deficit, ordine ſupples:
Preſſa leuas, mutilum reficis, omneis iuuas.
Non potuit quicquam melius fieri, utilius'ue,
Quàm quod facis tam ſedulò, ac doctè ſimul.
Euge tibi Deus omnipotens det tempora longa, ut
Facias diu hoc candidè, ac piè ſimul.

IN EASDEM LVCVBRATIONES D. PHILIPPI BECHII Medici, &c. Carmen.

Cedit ut Andinus nulli fera bella canendo,
Nec ſimul imparibus Naſo poeta modis:
Utq́ grauis regnat Lyricis Venuſinus in Odis,
Eminet ut Mimo Publius ipſe ſuo:
Pacuuius docti famam ſenis, Accius alti,
Ut fert in Tragico clarus uterq́ pede:
Sic Hartunge tuo ſtudio monumenta triumphant,
Viuida præ cunctis permeditata diu.
Nam laceris præbent lucem, mancisq́ Camœnis
Scriptorum, maius nil quibus orbis habet.
Exceſſus reſecant, defectusq́ ordine complent,
Ut teneant uerum ſcripta probanda locum.

Confuſum